HIERONYMUS
um 836/859 Seite 192r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

iacentia nec solū multa sed multa nimis & propter
temporis uetustatem arida siccaque uehemēter
& nihil in se & imoris habentia cūq; interrogasse
eum sermo diuinus utrū aestimare haec ossa
posse uiuere respondit dnē dī tu nosti quip le
nam habes scientiā futurorū · dixitque ad eum
dnī uaticinare de ossibus siue super ossa haec & di
ces ad ea · ossa arida audite uerbum dnī in quo
mirandū quo modo ad ossa arida sit locutusque
ante neruos carnes & cutem & spm uiuificantē di
possent audire sermonē primū quę ossa cum
alis ossib; neruorū uinculis colligantur dein
de implentur carnib; & desup ob pulchritudinē
extenditur cutis quę nudarū carniū operiat
foeditatem & tunc accipiunt spm quiuiuere ea
faciat ut post quā uixerint tunc cognoscant
qd ipse sit dnī · dicente itaq; pphēta qd ei fuerat
imperatū · statim est facta cōmotio · ossaque in
suā sunt adplicata compagem adstricta neruis
plena carniū pelle coopta · iacebantque huma
na corpora spm ñ habentia · Idcirco pphēta ua
ticinatur ad spm & ait · haec dicē dnī dī a quattuor
uentis uenis spī a quattuor uidelicet & mundi pla